



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput XXIV. Innocentius III. (a) Pistoriensi Episcopo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

## N O T A E.

**C**oelestinus III. Ita etiam habetur in secunda collectione, sub hoc tit. cap. 7. sed nullibi exprimitur, cui Praelato rescribat Pontifex: uade co-

gnosci non potest de quo Archidiacono in praesenti agatur.

(b) *Licitè.*] Unde histriones, merentes ex turpilaco non praefant decimas, ut docuerunt D. Thomas 2. 2. q. 87. de decimis, artic. 2. ad 2. Sotus lib. 9. de iustitia, quest. 4. artic. 2.

## C A P U T X X I V.

## Innocentius III. (a) Pistoriensis Episcopo.

**A**Nobistua fraternitas requisivit, utrum ab illis decimas exigere debebas, qui possessiones dant, vel recipiunt ad (b) affictum, cum aliis se contentur per alios exculcare, quomodo cogantur ad decimas persolvendas. Cum igitur quilibet decimas solvere teneatur, nisi a præstatione ipsarum specialiter sit exemptus, f. t. duximus respondendum, quod a dantibus (c) possessiones, & recipientibus ad affictum, de fructibus, quos percipiunt, decimas sunt solvenda, nisi ab eis aliquid ostendatur, quare ab hujusmodi sunt immunes.

## N O T A E.

(a) *Pistoriensis.*] Ita etiam legitur in tercia collectione, sub hoc titul. cap. 1. & in capite à nobis, de cohabit. cleric., ubi extat alia pars hujus textus, & ibi prefensem inscriptionem exposuit.

(b) *Ad affictum.*] In hac sexta collectione legitur, ad firmam; & rectius, juxta ea que notavi in cap. 7. de locato.

(c) *Dantibus possessiones, & recipientibus.*] Ita ut quisque pro parte fructuum quos percepit, debeat solvere decimas, ita ut si coloni partarii sint, tam colonus, quam dominus quilibet pro portione sua decimas persolvat; ita tamen ut ex eisdem fructibus

redecima nunquam solvatur, juxta legem finalem, titul. 4. lib. 1. recopil. docent Azor part. 1. iustitia, libro 7. cap. 34. quest. 4. Barbola lib. 3. juris Eccles. cap. 26. §. 1. num. 39. Valascus de iure emphy. question. 30. num. 15. unde si fundus, ut regulariter fit, colonis locetur, non debent ex eisdem fructibus colonus, & dominus decimas præfare, sed tantum unus debet eas persolvere, ut post Monetam, Rebuffum, & alios dacet Manrique de differ. utriusque fori. quest. 151. quo modo accipiendo est Gutierrez libro 1. practic. cap. 18. num. 19. qui docet decimas præstandas esse tam à Colono, quam à domino prædiis conducti.

## C A P U T X X V.

## Idem (a) Vercellensis Episcopo.

**T**UA nobis fraternitatis intimavit, quod quidam laici tuæ dioecesis, & alii plures Episcopatum adjacentium decimas Ecclesiis, & clericis tuis perversis machinationibus subtrahere moluntur, & conceptæ perversitatibus, audaciam non curant satisfactio ne debita emendare. Quidam enim ex eis semen, & sumptus, qui fuerint in agricultura, primitus deducendos, & de residuo impendendam esse decimam asleverant: alii vero de portione fructuum, quam à colonis accipiunt, partem decimæ separantes, eam (b) capellani suis, vel alii clericis, seu Ecclesiis, aut etiam pauperibus conferunt, vel in usus alios pro sua voluntate convertunt: nonnulli clericorum vitam tam abominabilem detestantes, decimas eis ob hoc subtrahere non verentur: quidam insuper afferentes se possessiones, & omnia jura sua cum omni honore atque districtu per Imperiale concessionem adeptos, decimas hujusmodi generaliter detinere præsumunt. Occasione præterea veteris decimationis, quam afferunt sibi concessam, aliqui decimas novalium sibi non metunt usurpare. Verum si ab eo, à quo bona cuncta procedunt, assertores hujusmodi debitum respectum haberent, jus ecclesiasticum diminuere non contendent, nec decimas (quæ tributa sunt egenitum animarum) præsumerent detinere. Cum enim Deus, cuius est terra, & plenitudo ejus, orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo, deterioris conditionis esse non debeat, quam Dominus temporalis, cuius statutum debitum de terris, quas exhibet alii excolendas, non quidem deductis sumptibus, aut semine separato, necessarium esse dignoscitur cum integrâ